

malimus, patri adhuc operam domi eos commodasse, vnum pascendis gregibus, alterum colendis agris. Peculium vero, vnde offerrent, habuisse. Sabbathum intelligi potest, quando vterque filius detulit sacrificium Deo; Id rursus sedulitatem parentum commendat, quod non solum ad labores, sed ad cultum etiam Dei filios educauerint. In his enim duobus τεκνοπαιδεία recta consistit, teste Apostolo, vt enutriantur liberi εν παιδεία καὶ εν δεσφαι καυειν, in doctrina & correctione Domini, hoc est, doceantur honeste laborare in certo genere vitæ: & Deo cultum debitum præstare. Pessime vero liberorum saluti consulunt, qui neglecta pietate, tantum βιωπικὰ eos exercent. Labor enim sine pietate sudor inanis est. Adam igitur pius pater & ipse frequenter sacrificia fecit pro sua & liberorum salute, quod de Iobo legitur cap. 1. & filios ad similem pietatem sedulo instituit, vtque adducerent, id est, offerrent. An adduxerint ad patrem quasi ad sacerdotem, non exprimitur. In illa hominum paucitate nondum opus erat ordinum discrimine: quisque vt spiritualis sacerdos offerebat. Obtulit autem prior Kain, posterior Abel, vel quia primogenito priores competebant partes: vel quia erat ex hypocritis, qui in externo cultu semper sibi primas arrogant, & sanctiores videri affectant, talesque habentur, donec laruam amittant. Nec offert idolis, sed lehouæ, quia cultus oblationum est λατρεία soli Deo debita. Nondum igitur Kain est idololatra. Genus sacrificij vtriusque diuersum. Kain offert de fructibus terræ κηρα id est, spicas vel manipulos frugum ex messe. De mincha legatur Exod. 2. est munus seu oblatio consolationis Speißopffer. Fuit agricola: de suis ergo facultatibus obtulit, ne videretur Deo ingratus. Sed causa alia intelligetur ex sequentibus. Philo Iudæus (cuius ineptias sequitur, & valde amplificat Ambrosius) duplicem Kain culpam im-

Ephes. 6.4.

Ordo offerentium.

Oblatio vtriusque.

Philo lib. de sac Kain & Abel. Ambr. lib. 1. c. 7. de Kain.

pingit: vnam, quod post dies multos obtulit, id est, sero, cum sacrificium celeritate commendetur: alteram, quod ex fructibus, non ex primis fructibus obtulit. Atqui expressum nõ est, ex primitiis obtulerit an non: & prius cum Abele habuit commune, qui & ipse in fine dierum obtulit. ABEL VERO OBTULIT DE PRIMOGENITIS OVIVM SVARVM. Potest intelligi, vel quod ex primogenitis oblatis adipem cremauerit, vt fieri postea solebat sub lege. Vel quod primogenitas maxime adipatas oues obtulerit. Vterque igitur de suis non de alienis facultatibus Deo offert. Quod & nobis præcipitur Prou. 3. 9. vt honoremus Deum de substãtia nostra: quoniam pro alienis non est gratitudo.

Hic qualis fuerit in prima Ecclesia ante diluuium externus Dei cultus docetur: non habebant circumcisionem aut Pascha, quæ sacramenta deinceps Ecclesiæ sunt data: Sabbatho conueniebant ad repetendam doctrinam de Deo, de creatione rerum, de lapsu & miseria hominis: de semine promisso & liberatione hominis à potestate Satanæ, sanatione à morsibus serpentis: de pietate & cultibus Deo præstandis pro tantis beneficiis; iungebant preces, & offerebant victimas Deo. Hæc sacrificia erant primo solennis confessio peccatorum, & supplicatio ad Deum de remissione, sicut dicitur Hebr. 10. 3. de oblationib. legis, in iis repetitam fuisse mentionem peccatorum quotannis. Deinde erant professio publicæ fidei, quod Deum placari crederent non externis suis ritibus, sed victima Messia venturi, cuius typum gerebant oblationes illæ. Erant igitur visibiles conciones de Messia eiusque beneficiis: sicut de oblationib. legis expresse dicitur, quod habuerint *σκιαν* futurorum bonorum Hebr. 10. Neque enim incensio adipis male per se olens DEVM placare potuit: quod etiam docetur Heb. 10. Tertia, erant signa promissionis gratiæ, quibus fides

Cultus Dei externus ante diluuium qualis.

1 Sacrificia finis seu...

2

3

625
fides patrum
propter Chr
de circumci
in egypto
sacrificia fin
prestantia
illico ab eie
fuisse diuin
arboris vita
gna volun
certam vita
sem eriger
rent certam
quique co
specie cult
erant solen
ritia, quib
impetraban
agebant.
Sed non
tribus sacri
ipso contin
se patres. R
ille a Deo h
dicar: tan
intelligitur
Dicit, De
At non pla
bedientia
Oblatio ig
ma, sed
Præterea
se per fide
Dei. Ergo
rat, & quia
placere De
sua futur
fingi polli
nostris be
strasse, de
bonis acq
ignur est
accuratam
scripsisse,
declarasse
dasse, que
manit vie